

est verum & debet intelligi in aliis personis extraneis: secus tamen est in marito & uxore; quia si ambo simul tanquam duo rei debendi obligantur, non tenetur uxor in aliquo, nisi pro ea parte, qua utilitas ad eam pervenit, ut in *dist. Authentic. si qua mulier*, & in *Authentic. unde illa sumitur*, & hoc est quod voluit expressè nostra lex Tauri, & iste est ejus verus & realis sensus; per quam apertè hodiè corrigitur *lex 14. tit. 20. lib. 3. Fori ll. & l. 207. in ll. styli.* quæ idem disponebant quod jus commune, etiam in marito, & uxore; sicut in extraneis personis. (x)

Quæro tamen, si maritus & uxor obligantur tanquam duo rei debendi; dato quod contractus & obligatio non valeat respectu uxoris, an in totum valeat respectu mariti? Et firmiter teneo quod sic; quia ratio prohibitionis & annulationis tantum respicit uxorem, non verò maritum: & ista est intentio nostræ legis & in terminis facit bonus text. in *leg. Si Titius & Seja. ff. de Fidejuss.* & fundatur de jure communi ex sententia Alber. in *dist. Authentic. si qua mulier. 2. column.* qui in terminis hoc videtur decidere.

Item quæro, si uxor intercedat & se obliget tanquam fidejussor, vel cum marito tanquam duo rei debendi, & expressè confiteatur pretium vel debitum in ejus utilitatem versum, an remaneat obligata pro illa parte? Et breviter & resolutivè dico quod non; quia inter tam conjunctas personas præsumitur fraus, & quod metu vel amore emanavit confessio. (y) Item etiam videtur inter eos donatio, quæ non valet: Item etiam, quia prædicta jura Authenticorum expressè dicunt, quod manifestè debet constare in utilitatem uxoris versum: ergo talis confessio non valeat: Et in expressò ita tenet Alber. in *dist. Authentic. si qua mulier, Cod. ad Vellejan. penult. column. in fin.* & ibi Paul. de Castr. 1. column. num. 3.

4 Item quæro, quid è converso, si uxor se obligat tanquam principalis, maritus verò tanquam fidejussor, an uxor teneatur & remaneat obligata? Et videtur quod similiter non valeat ejus obligatio; quia quæsito colore videtur fidejuberè & intercedere pro marito, verbis postpositis & mutatis: & in specie ita tenet notabiliter Nicol. de Mata in *dist. Authentic. si qua mulier.* & ibi Bald. 2. column. num. 3. Contrarium tamen & melius tenet ibi Alber. 2. co-

lumn. versic. *Sed quid si uxor*, post Din. & Albert. & Odofred. quos allegat; imò quod efficaciter uxor teneatur tanquam principalis, & maritus tanquam fidejussor, nisi fraus & dolus probetur: argumento textus in *leg. Seja mancipia, ff. ad Vellejan. & in leg. 3. Codic. ne uxor pro marito.* Nec obstant prædicta jura Authenticorum. & nostra lex Tauri. Quia loquuntur quando uxor se obligavit accessoriè tanquam fidejussor, vel principaliter simul cum marito tanquam duo rei debendi; secus verò quando uxor obligatur principaliter, maritus verò accessoriè tanquam fidejussor, ut in quæstione proposita.

5 Tertia conclusio hujus nostræ legis confirmatur ex notabili & singulari doctrina: quia in his, quæ non pendent à nostra sola voluntate, bene prodest & sufficit protestatio; sed in his quæ non pendent à nostra sola voluntate, sed certo modo per legem disposita sunt, protestatio est nullius momenti, & non relevat protestantem tacite nec expressè: unde meritò obligatio uxoris est nulla, tanquam non subsistente causa; & protestatio mariti, quæ colligitur ex tali contractu, est nullius momenti, & non relevat protestantem: text. est formalis & expressus in *leg. Nesennius. ff. de Negotiis gestis*, juncta Glossa ordinaria, in verb. *Conveniret*, & ibi Bart. 1. column. num. 1. Bald. fin. column. num. 4. Paul. de Castr. & communiter DD. text. juncta Glos. ordinaria & communi opinione, in *leg. Si quis à liberis. §. Si mater. ff. de Liber. agnos. text. in leg. Alimenta, Cod. de Negot. gest. juncta Gloss. ordinaria, in verb. Materna pietate*, & ibi Bald. Paul. Salyc. & communiter DD. textus in *leg. Quis aliena, §. fin. ff. de Acquir. hæred.* & ibi Bart. Alberic. Paul. Imol. & communiter DD. text. in *leg. 2. ff. de Doli except.* tenet etiam magistraliter Bartol. in *leg. Non solum. §. Morte. ff. de Novi oper. numer. 7. column. numer. 31. versic. Circa* & ibi communiter Moderni, præcipuè Jas. 51. column. num. 26. idem Bart. in *leg. Edita actio penult. column. num. 30.* & ibi communiter Moderni. idem Bart. in *leg. fin. ff. de eo quod certo loco*, tenet etiam Bald. in l. unica, *Cod. Ut quæ desunt advocatis*, idem Bald. Paul. de Castr. & alii DD. in *leg. 1. §. Editiones. ff. de Electione*, idem Bald. notabiliter in *cap. Cummana, de Electione*, idem Bald. in *cap. Præsentium, de Testibus.* Jas. notabiliter in l. fin. *Cod.*

(x) Ut etiam animadvertit Matienz. in *leg. 9. tit. 3. lib. 5. gloss. 3. num. 1.*

(y) Quam etiam rationem reddit Castill. hic verb. *Si se probare*, & Palac. Rub. num. 5. & pluribus probat Tiraquell. in *leg. Si unquam donatione largitus*, num. 175. *Cod. de Revocandis donationibus*, & *leg. Connubialibus*, gloss. 5. quæst. 10. num. 11.

Cod. de Jure emph. penult. column. tenet etiam & probat Glossa ordinaria, juncto text. in *cap. Inter dilectos de fide instrument. in verb. Salvo in omnibus*, & ibi Innocent. Hostiens. Abb. Card. Anchar. & communiter DD.

6 Quarta conclusio hujus nostræ legis apertè est correctoria juris communis: nam de jure communi in tantum uxor non poterat intercedere & se obligare tanquam fidejussor pro marito, ut procederet etiam pro debito fiscali: text. est in *dist. Authentic. ut nulli judic. liceat hab. §. Et illud collat. 9. text. in dist. Authentic. si qua mulier. Cod. ad Vellejan. ibi: Sive privatum, sive publicum sit debitum*, & ibi Glossa ordinaria, & communiter DD. quia præferebatur privilegium & commodum privatum & particulare uxoris favore dotis & sexus, ipsi debito fiscali & publico: Hodiè tamen nostra lex apertè vult & determinat contrarium, imò quod uxor possit obligari tanquam fidejussor vel correa pro debito publico & fiscali. Et per hæc remanet ista lex utiliter & magistraliter expedita.

TEXT. LXII.

Ninguna muger por ninguna deuda que no descienda de delito pueda ser presa, ni detenida, si no fuere conosciadamente mala de su persona.

Id est:

Nulla mulier pro ullo debito non proveniente ex crimine possit trahi in carcerem, aut ibidem detineri, nisi notoriè sit malæ vitæ.

COMMENTARIUM

In Legem LXII.

SUMMARIUM.

Mulier non potest incarcerari pro debito civili. Mater quæ est tutrix & curatrix filiorum,

quæ renuntiavit Vellejano, an possit incarcerari?

3 Quæ mulier dicatur meretrix? & an possit retinere sibi datum, & petere sibi promissum?

Nota ex ista leg. quod mulier non potest incarcerari pro debito civili: & idem disponit text. de jure communi in *Authentic. hodiè. Cod. de Custod. reor. text. in Authentic. ut nulli judic. §. Necessarium*, collat. 9. & ibi communiter DD. text. in *Authentic. sed hodiè. Cod. de Offic. diver. judic. (z)* Ex quo inferas, quod licet hodiè in nostro regno debitor masculus possit incarcerari, & si intra novem dies, postquam sit in carcere positus, non solvat, debet tradi ipsi creditori, ut serviat ei usque ad compensationem debiti; ut in *leg. 5. tit. 12. lib. 5. Ordinarum. & in pragmatica 78. 79. 80.* tamen mulier non potest incarcerari, nec tenetur servire, per nostram legem.

Quod tamen intellige, nisi talis mulier sit meretrix, vel luxuriosè vivens: quia tunc bene potest incarcerari, argumento textus in *Authentic. de restitutionibus*, & ea quæ parit. in 11. mense. §. final. collat. 4. ubi dicit textus quod magis debet favori castitati, quam luxuriæ, & luxuria non est digna privilegio legali, (A) & in expressò ita tenet Bald. in *leg. Consentaneum. Codic. Quomodo & quando in fin. column. num. 46.* & idem disponit & determinat nostra lex. Quod iterum intellige quando est soluta: secus si conjugata, quia tunc non potest incarcerari: licet luxuriosè vivat: ita singulariter tenet Joan. Andr. in *Addit. ad Specul. in Rubric. de injuriis*, argumento textus in *leg. Si uxor. §. 1. ff. de Adult.* tenet etiam & sequitur Rom. in *leg. Si verò. §. de Viro. ff. Solut. matrimon. 2. fallen. Alexand. & Jas. in leg. Plerique. ff. de In jus voc. final. column. Angel. de Aretin. in parte famæ publicæ, in materia captivæ, Palac. Rub. in *Repet. cap. Per vestras, fol. 95. 3. column.* & in præsentibus. (b)*

2 Item etiam limita & intellige, nisi in matre quæ est tutrix vel curatrix filiorum & renuntiavit Vellejano & omni legum auxilio; quia bene potest incarcerari: ita Bartol. in *Authentic. matri & avie. Cod. Quando nupt. offic. fung. post. penult. column.* & ibi Salyc. & communiter DD.

(z) Vide Dueñas reg. 312. ubi plures concordantes citat Planza de *Delictis. cap. 24. num. 11.* Matienz. in *leg. 10. tit. 3. lib. 5. Recop. in princ.*

(A) Idem docent Palac. Rub. Castill. & Cifuent. hic, Covarrub. de *Sponsal. 1. part. cap. 8. §. 11. in fin.* Planza de *Delictis. cap. 24. num. 10. & 13.* Archidiaconus in c. *Diffinimus. 18. quæst. 2.* Aviles in *Proemio prætorum*, num. 27. Matienz. in *leg. 10. tit. 3. lib. 5. glossa 4. num. 1.*

(b) Idem etiam testatur Capicius dec. *Neapolitana 44.* Decius in *leg. 2. num. 78. ff. de Reg. jur. Covarrub. de Spons. 2. part. cap. 8. §. 11. num. 6.* Roman. in *leg. Si verò. §. De viro, secund.* Anton. Gomez. ad *Leg. Tauri.*

idem Bart. in l. Si quæ sub conditione, de testam. tutel. 5. column. Alexand. & Jas. in dict. l. Plerique, ff. In ius vocando fin. column. (c)

3 Et adde, quod in ista materia & qualibet alia, meretrix dicitur illa quæ stat in lupanari vel loco publico causa quæstus: textus est in leg. Palam. ff. de Ritu nupt. Quod intellige quando ibi permansit per viginti horas: ita singulariter Salycet. in leg. Quæ adulterium. Cod. de Adult. argumento textus juncta Glossa ordinaria & communi opinione in leg. Capitur. 5. ff. eodem titul. Item, illa quæ saltem duos admittit ad se accedere pro pretio & pecunia; argumento textus in dicta leg. Palam. §. Item. quæcumque, de rit. nupt. per quem ita tenet Abb. in cap. Decorem. de vit. & honest. Cleric. idem Abb. in cap. Inter opera, de Spons. licet ille textus potius videatur probare contrarium. (d) Item etiam illa dicitur meretrix, quæ portat habitum destinatum pro meretricibus: ita Præpos. in dicto cap. Inter opera. Si verò admisit aliquos homines sine pretio, non dicitur meretrix, nisi admisserit plures quam 40. ista est Glossa singularis in cap. Vidua 34. disp. per quem tenet Præpos. in dict. cap. Inter opera, argumento textus in cap. Latores, de Clerico excommunicato ministrante.

Item adde, quod talis meretrix, tanquam inhonesta persona & mali exempli, potest à vicinitate expelli per vicinos: ita Guido Cuman. in l. 2. Cod. de Summ. Trinit. & Fide Cathol. quem sibi sequuntur DD. & istud est notabile & quotidianum in practica, si petatur ab honestis vicinis proximioribus. Item, talis meretrix potest retinere sibi datum, & similiter potest petere promissum: ita probat text. in leg. 4. §. Sed quos meretrici de cond. ob turp. caus. & ibi Bartol. & communiter DD. Cin. & DD. in leg. 2. Cod. eod. titul. Bart. in leg. Affectionis. ff. de Donat. & in leg. Non dubium. Cod. de Legib. Palac. Rubeus in sua Repet. cap. Per vestras, fol. 22. column. 4. Imò, quod magis est, nedum potest meretrix

fallent. ff. Solut. matrim. per textum quem dixit notabilem in leg. Si uxor. §. Divi. ff. ad legem Juliam de adult. Cifuent. hic circa finem, Palac. Rub. num. 8. Castell. glossa in fin. Gomez Arias numer. 23. & 24. Avil. in Procem. in cap. Prætorum num. 27. Segur. in leg. Imperator, num. 135. in fin. & num. 149. & ibi Didac. Perez. ff. ad Treb. Planza de Delictis cap. 34. n. 13. Matienz. alios referens, communemque hanc sententiam dicens in leg. 10. tit. 2. lib. 5. glossa 4. num. 4.

(c) Item asserit Decius in leg. Fœminæ, num. 79. de Reg. jur. Mathesilan. notab. 109. Bald. in tract. de Carceribus, cap. 1. num. 3. Boer. decis. 249. n. 11. Bald. Novell. in tract. de Dote. 7. part. privileg. 5. Cifuent. hic num. 3. & Joan. Lupus, ubi Castell. in princ. hujus legis, Gregor. in leg. 3. verb. Personalmente, titul. 4. part. 3. Gomez Arias in leg. 60. Tauri, num. 8. hancque receptiorem sententiam testatur Covarrub. lib. 2. Resol. cap. 1. num. 3. cum aliis relatis à Matienz. in leg. 10. titul. 3. lib. 5. Recop. glossa 1. in fin. licet ipse contrarium sequatur.

(d) Quæ dicatur in ista & alia materia meretrix, docet latè Plaza de Delictis cap. 34. num. 7. cum aliis quos ipse refert Matienz. in leg. 10. tit. 5. lib. 5. Recop. glossa 4. num. 1. cum seq.

retinere data & petere promissa in foro contentioso, verum etiam potest retinere & petere in foro conscientie: ita singulariter tenet Abb. ubi bene fundat in c. Plerumque de Immunit. Eccles. 4. col. quest. 3. quod est menti tenendum.

TEXT. LXIII.

EL derecho de executar por obligacion personal se prescriba por diez años; y la accion personal, y la executoria dada sobre ello, se prescriba por veinte, y no menos: pero donde en la obligacion hay hipoteca, ò donde la obligacion es mixta, personal, y real, la deuda se prescriba por treinta años, y no menos.

Id est:

Jus exequendi pro obligatione personali præscribitur decem annis: Et actio personalis, & executoria (scriptura) super eo data præscribitur non minus viginti, verum ubi in obligatione (Hisp. & corruptè ni fallor) est hypoteca, aut ubi obligatio est mixta, personalis, (scilicet) & realis, debitum præscribitur non minus triginta annis.

COMMENTARIUM

In Legem LXIII.

SUMMARIUM.

- 1 Jus exequendi ex contractu Guarentigio, an præscribitur per decem annos?
- 2 Actio personalis & executoria ejus durat per 20. annos.
- 3 An hodie sit sublata materia perpetuationis?

NOta ex ista lege sequentes conclusiones. Prima: quod jus exequendi ex instrumento Guarentigio in obligatione & actione merè personali præscribitur per 10. annos. Secunda conclusio, quod actus personalis & executoria ejus præscribitur per 20. annos. Tertia conclusio, quod actio personalis cum hypoteca bonorum præscribitur per 30. annos. Quarta conclusio, quod actio mixta, personalis, & realis, præscribitur per 30. annos.

Quoad primam conclusionem adde nota: quod aperte ista lex in istis verbis, junctis sequentibus, debet intelligi in jure exequendi ex contractu Guarentigio, quod durat per decem annos: & regulariter de jure videbatur dicendum, quod duraret per triginta annos; quia executio fit per officium Judicis, & omne officium Judicis nobile in civilibus præscribitur per 30. annos, sicut ipsa actio personalis vel realis: ista est Gloss. singularis & unica junctio text. in leg. Sicut in re, Cod. de Præscript. 30. vel 40. ann. in verb. Prosecuti, quam ibi reputat singularem & unicam Bald. in 2. lect. notat etiam & commendat Bald. in leg. 2. Cod. de Execut. rei judic. tenet etiam Bartol. in leg. Prætor. §. fin. ff. de Novi oper. nunt. & ibi Modern. Jas. in §. Rursus, Instir. de Action. 2. column. Franc. Bald. in tract. præ. 4. par. 4. princip. 30. quest. Idem est in officio Judicis nobilis in causis criminalibus: ista est Gloss. singularis in leg. Querela, Cod. ad legem Cor. de fals. & ibi communiter DD. Et adde, quod istud jus exequendi, de quo in nostra lege & materia, tollitur & præscribitur per istos decem annos etiam cum mala fide: quia licet præscriptio cum mala fide sit prohibita de jure Canonico, cui est standum etiam de jure civili; tamen illud est verum & procedit in præscriptione rei mobilis vel immobilis, per quam aufertur jus & dominium alterius; secus verò de jure & modo executivo inducto à lege ad faciliorem executionem ejus, ut in nostra lege: & ita videtur velle Bartol. in leg. Planè. ff. Quod falso tutore auctore, Franc. Bald. in dict. tract. Præscript. 2. p. 3. p. 14. quest.

2 Quoad secundam conclus. quæ habet, quod actio personalis & executoria ejus durat per 20. annos: dico, quod sensus hujus legis & conclusionis potest esse; quod si est actio personalis, super qua sit lata sententia condemnato-

ria in favorem creditoris, quod illa prima actio & obligatio personalis durat per 20. annos, & jus exequendi quod ex ea oritur per alios 20. Item etiam & secundò potest illa lex & conclusio intelligi, quod actio vel obligatio personalis, quæ oritur de novo ex ipsa sententia, & similiter jus exequendi, quod ex ea oritur, durat per 20. annos. Et uterque intellectus est verus & juridicus, quia per sententiam latam non tollitur prima actio personalis; imò etiam alia de novo oritur, ut probat text. & ibi Gloss. ordinaria & communiter DD. in leg. Si de te, §. 1. ff. de Except. rei jud. text. in l. Evidenter eodem tit. & ibi Gloss. ordinaria, & communiter DD. text. & ibi Gloss. ordinaria & communiter DD. in leg. Aliam. ff. de Novat. text. & ibi Gloss. ordinaria & communiter DD. in leg. 1. Cod. de Jud. text. & ibi Gloss. ordinaria & communiter DD. in leg. final Cod. de Usuris rei judic. Ex quo resultant maximi effectus; de quibus ibi per DD. Tertio potest intelligi, quod ista actio vel obligatio personalis est posita & contenta in instrumento publico tabellionis cum clausula Guarentigia: quia illa actio & obligatio personalis duravit tunc per 20. annos; quia est juncta & corroborata cum jure exequendi. Ex quibus datur nota, intelligentia & declaratio ad leg. 3. titul. 13. lib. 3. Ordin. qua caveatur, quod actio vel obligatio personalis tantum durat per 10. annos: ut intelligatur, quando continetur in chirographo & scriptura privata; & sic con corrigitur per istam: & illa lex est utilissima, & potest praticari cum bona conscientia, quando quis solvit & non potest probare vel aliter satisfacit creditori.

Quoad tertiam conclusionem adde, quod ratio est, quia actio personalis corroboratur & confirmatur ab ipsa hypoteca, ideo durat per majus tempus. Ex qua lege nota, quod licet actio hypothecaria de jure communi durabat per 40. annos, quando intentabatur contra debitorem vel hæredes ejus, & tantum per 30. annos quando intentabatur contra extraneos, ut in l. Cum notissimi, juncto §. 1. Cod. de Præscript. 30. vel 40. annor. & in leg. 27. tit. 29. part. 3. tamen hodie per nostram legem tantum durat per 30. annos, modo intentetur contra unum, modo contra alium. (e)

Quoad quartam conclusionem adde, & nota, quod actio mixta tollitur per 30. annos; ut petitio hæreditatis, familie eriscundæ, communi di-

(e) Sed quæritur, an jus exequendi pro annuis redditibus decem annis præscribitur? In quo articulo dicendum videtur, quod si annui redditus non fuerint soluti per decem annos, præscribitur jus exequendi tam pro præteritis, quam pro futuris redditibus, ut eleganter tenet Paslador, in tract. Diversarum Quest. pag. 55.

Antor. Gomez. ad Leg. Tauri.

videndo. Ex qua leg. inferas, quod actio mere realis remanet in dispositione juris communis, & sic durabit per 30. annos, ut in leg. Sicut in rem, Cod. de Præscript. 30. vel 40. ann. cum simil. ut Rei vindicatio Publiciana, Confessoria, & similes.

3 Item adde pro complemento materiae, quod ex nostra lege cum superioribus allegatis in ejus corroborationem colligitur, quod hodie est sublata materia perpetuationis: nam de jure communi, si creditor agit contra debitorem actione sibi competenti, perpetuabitur actio per litis conclusionem, & à fortiori per sententiam, & extenditur in tempus 40. annorum, ut in leg. fin. Cod. de Præscript. 30. vel 40. annor. Sed hodie per nostram legem non perpetuatur, imò minori tempore durat: interruptur tamen necessariorum præscriptio temporis præteriti, & in hoc non corrigitur jus commune. Prædicta tamen omnia procedunt & habent locum quando agitur de præscribendo jure, remedio vel actione ad petendum & consequendo debitum ab alio, qui nullum jus vel titulum habet: si verò habeat & possideat rem alienam cum titulo & bona fide; tunc est propria materia præscriptio- nis, vel usucapionis: de quo vide in suis locis ordinariis, & plenè & certè magistraliter per Franc. Bald. in suo tract. Præscript.

TEXT. LXIV.

POR quanto en las Ordenanzas que hicimos en la Villa de Madrid, à quatro dias del mes de Diciembre del año pasado de mil y quinientos y dos años, ay una ordenanza, el tenor de la qual es este que se sigue.

Otrosí, por quanto por la ley por Nos fecha en las Cortes de Toledo ovimos ordenado, que si los deudores que debian algunas deudas, en quien son fechas execuciones por contratos, obligaciones, ò por sentencias à pedimento de los acreedores, en los deudores, ò en sus bienes, alegaren paga, ò otra excepcion que sea de recibir, que tengan diez dias para la probar; y no se declara desde quando han de correr los dichos diez dias: declaramos y mandamos, que los dichos diez dias corran desde el dia que se opusiere à la tal execucion: Y pasados los dichos dias, si no probare la dicha excepcion, que el remate se haga como la dicha ley lo dispone, sin embargo de qualquier apelacion que della se interpusiere, dando el acreedor las fianzas como la dicha ley lo manda.

Y porque nuestra merced y voluntad es que la dicha ordenanza aya cumplido efecto: Por ende mandamos, que lo contenido en ella

se guarde, cumpla, y execute como en ella se contiene, sin embargo de qualquier apelacion que della se interponga para ante Nos, ò para ante los Oidores de nuestras Audiencias, ò para ante otros qualesquier Jueces; ò qualquier nulidad que contra la dicha execucion y remate se alegue.

Id est:

Quoniam in ordinationibus per nos Matriti, factis die 4. Decembris præteriti anni 1502. est quedam, cujus tenor ita habet. Item, quoniam per legem à nobis factam in communi congressu Toletano (H. en las Cortes de Toledo) ordinavimus, ut si debitores aliquorum debitorum, in quibus factæ fuissent executiones pro contractibus, obligationibus, aut pro sententiis ad creditorum petitionem in debitores latis, aut in eorum bona, allegaverint solutionem, aut aliam exceptionem receptibilem, habeant terminum decem dierum ad illam probandam; & non est declaratum, in ea ordinatione scilicet, unde sunt numerandi prædicti decem dies: Declaramus & præcipimus, ut prædicti decem dies numerentur de eo die quo prædictæ executioni debitor se opposuerit: elapsis verò, nisi exceptionem prædictam probaverit, venditio absolvatur prout ipsa lex disponit, non obstante quavis provocatione adversus eam interposita, data à creditoribus fidejussione quemadmodum ipsa lex præcipit. Et quoniam nostra mens & voluntas (H. merced y voluntad) est ut prædicta ordinatio sortiatur plenum effectum: Ideo præcipimus, ut quod habetur in ea observetur, impleatur, & fiat prout in eadem continetur, non obstante quavis provocatione que ab ipsis (scilicet nostris Justitiæ Ministris) interponatur ad nos, aut ad nostrarum audientiarum auditores, aut ad alios quosvis Judices, sive quavis alia nullitate, que contra prædictam executionem aut absolutam venditionem allegetur.

COMMENTARIUM

Ad Legem LXIV.

SUMMARIUM.

- 1 Instrumentum publicum Guarentigium habet executionem paratam.
- 2 De jure communi instrumenta non habent paratam executionem.
- 3 In aliquibus casibus de jure communi instrumenta habent paratam executionem.
- 4 An requiratur, quod hodie in instrumento publico ponatur clausula Guarentigia?
- 5 Istud instrumentum etiam mandatur execu-

tionem contra hæredes debitoris principalis.

- 6 An istud jus exequendi competat hæredibus & successoribus creditoris?
- 7 An istud instrumentum publicum possit mandari executioni pro debito in diem, vel sub conditione?
- 8 Si istud instrumentum fiat in loco ubi potest mandari executioni, si in alio loco petatur executio, ubi non viget talis lex, ibi non mandabitur executioni.

Nota ex ista lege, quod instrumentum publicum Guarentigium habet executionem paratam, & nulla exceptio potest contra eum opponi, nisi illæ quæ continentur in lege ordinaria hic allegata; & illæ debent opponi infra decem dies à tempore oppositionis: creditor tamen debet offerre fidejussorem: quod si executio fuerit revocata, restituit pecuniam solutam debitori: Et cum his executio procedat & consequatur plenum effectum. (f)

2 Pro cujus legis & materiae perfecta declaratione dico & præsuppono quod regulariter de jure instrumenta, quantumcumque publica, non habent executionem paratam, sed tantum vim probationis, procedendo per viam ordinariam: ita probat text. singularis in leg. Minor annis 25. cui fideicommissum, in fin. ff. de Minorib. ibi, quia paratam ex judicati causa persecutionem novo contractu ad initium alterius petitionis redegerat. & ibi notant & commendant DD. illum etiam textum ad hoc notant & commendant Bald. & alii DD. in leg. Si cum dotem, §. Eo autem tempore, ff. Solutio matrimonii. Alexand. Jason. & Moderni, in leg. Ait prætor, §. Si judex, ff. de Re judicat. idem Alexand. Jason. Philipp. Decius & alii Moderni. in leg. fin. Cod. de Edict. divi Adriani tollen. & reputat in jure singularem Roderic. Suar. in leg. Post rem judicatam, ff. de Regulis jur. fol. 120.

(f) Quod si post decem dies nullitatis exceptio ex defectu jurisdictionis proveniens contra executionem opponatur: licet generaliter nostra lex, ibi, ò qualquier nulidad, disponere videatur, hanc exceptionem non esse admittendam; verius tamen videtur in proposita specie exceptionem nullitatis ex defectu jurisdictionis provenientem opponi posse contra sententiam quæ dicatur de remate, & ejus executionem impedire; nam ut dicatur sententia, oportet dari jurisdictionem in judicante: Hancque opinionem tenet Mexia in explicatione legis Toleti, in responsione ad primum fundamentum, 2. part. ex num. 13. Aceved. in leg. 3. titul. 21. lib. 4. Recop. circa fin. pro qua facit Gloss. in Clement. unic. verb. Non obstante, de sequestratione possess. & fruct. & facit præterea, quia licet exceptio nullitatis non impediatur executionem trium sententiarum, ut tenent omnes in dict. Clementina 1. de Re judicata, tamen, si nullitas provenit ex jurisdictionis defectu, bene poterit opponi executioni trium sententiarum conformium: ut tenent omnes in dicta Clementina 1. de Re judicata, & latè Covarrub. in Practicis Quæstionibus, cap. 25. per totum: unde, cum Judex recusatus sine adjuncto sententiam profert de remate, vel sibi adjungit alium, qui sit etiam recusatus, poterit sine dubio hæc nullitatis exceptio opponi etiam ad impediendam executionem sententiæ de remate; quia videtur hoc casu deesse in judicante jurisdictionem.

column. 3. versic. Advertas, probat etiam text. in leg. 2. Cod. de Executione rei judic. & ibi Glossa ordinaria & communiter DD. text. in leg. 4. §. Si ex conventionem, ff. de Re judicat. text. in leg. Si cum dotem, §. Eo autem tempore, ff. Solutio matrimonii. Confirmatur, quia nullum genus probationis habet executionem paratam, nec producit actionem, nec executionem; quia virtus & effectus ejus dependet à sententia definitiva: istam regulam & doctrinam probant prædicta jura, & in terminis ponit Glossa singularis & unica in leg. Sed & si possessori, §. fin. verb. Probatur, ff. de Jurejur. quàm ibi notant & commendant omnes DD. præcipuè Jas. 2. column. num. 4. & illam Glossam ad hoc reputat singularem Bald. in leg. 1. Cod. de Execut. rei jud. 2. column. num. 2. idem Bald. in cap. 1. column. 4. de Litis contest. & reputat singularem Segura in Repet. leg. Si ex legati causa de Verbor. obligat. fol. 101. column. 3. versic. 3. differentia, & illam Glossam ad hoc reputat singularem & unicam Flor. in leg. Cum de Indebito, §. 1. num. 7. ff. de Probationibus.

3 Quod est verum & procedit regulariter, præterquam in aliquibus casibus specialibus à jure, in quibus habent paratam executionem, scilicet, in sententia, juramento, confessione, testamento, & aliis pluribus casibus adductis & collectis per DD. ubi supra, & maxime per Roder. Suar. in leg. Post rem judicatam, ff. de Re jud. fol. 1. cum sequentibus. Item etiam est verum & procedit etiam in tali instrumento publico sit posita clausula Guarentigia, & verba executiva & condemnatoria; quia dicit debitor, quod habet se pro condemnato; tamquam si per judicium proprium ordinarium & in sententia definitiva esset condemnatus: quia privatorum consensus non potest tribuere jurisdictionem tabellioni, vel notario, ut illum condemnet: argumento text.